

(66^a) In illo tempore. Ascendente ihu in nauionbain.
 secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus
 magnus factus est in mari. ita ut nauionla
 aperiretur fluctibus. Erat autem illis ventus
 contrarius. ipse vero dormiebat. Et accesserunt
 et suscitauerunt eum dicentes. Domine
 salua nos perimus. (66^b) Et dixit illis.
 Quid timidi estis modice fidei. Tunc sur-
 gens imperauit ventis et mari. et
 facta est tranquillitas magna in mari.
 Porro homines mirati sunt dicentes.
 Qualis est hic quia et venti et mare
 obediunt ei.

Iustus es domine et rectum iudicium
 tuum. Iustus es domine et rectum iudi-
 cium tuum. Iustus es domine et rectum
 iudicium tuum.

Coniuro uos demones per patrem et
 filium et spiritum sanctum. et per sanctam
 mariam. et per omnes angelos et
 archangelos. et per illorum euangelistas.
 per mattheum. per marcum. per
 lucam. et per iohannem. et per omnes
 apostolos et martyres et confessores. et
 uirgines. ut non habeatis potestatem in